



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Conclvsio XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

A C T A

spoliationē, expulsionē, & quācunq; alias iniuriās uiolenter
& per nullam sententia inferēdas consenserint, cum hunc de-
ierasse nulli non sit perspicuū. Consimili & pfidia & infamia
ille senatus notaū uim inferens, qui hunc tutorem ad tale iura
mentum adegit, cuius ipsi primi fuerunt uiolatores.

Hanc cōclusionem diffusius probare esset in Rhenū aquā
importare. Oib⁹ em̄ notū est quēlibet periurū esse famosum.

C O N C L V S I O XXX.

Famosus est qui calumniādī gratia ne cōpūgnetur, uerbum
derfingit nullum iudicem pati posse, cum in canoniciis literis
aperte legantur, & Christus seruator & apostolus super uerbo
dei & corpore & uita iudicem uolenter passi, prouocasse, ac
litem nihil excipientes fuisse contestati.

Supra in conclusione xxvij. de hoc satis est dīctū in gene-
re, luxtaq; dico deum ipsum & que noi iudicandū ut uerbum
suum, quia aut uoluntarie se obtulit iudicandū, merito & eius
uerbū censuræ iudicū subiacebit, non quidē ad condemnā-
dum sed ad elucidandū, sicut enim ante hac dīctūm hāreticis
ipsiis furibus nullatenus assentimur apud eos haberī uerbum
dei. Quare omni iure pronunciandū est, ex qua parte uerbū
dei sit, & qui illud uerius & rectius intelligunt.

Namq; si in ecclesia Christiana iudex esse non debeat, aut
censor nūnus ei prouisum esset, quā Moses ipse Iudaica icho-
lae prouidisset, scribū em̄ Deute. xvij. Si difficile & ambiguū
apud te iudiciū esse perspexeris, inter sanguinē & sanguinem
caussam & caussam, leprā & non lepram, & iuxta intrā por-
tas tuas uideris uerba uariari, surge & ascende ad locū quem
elegerit dñs deus tuus, ueniesq; ad sacerdotes leuitici generis
& ad iudicem qui fuerit illo tempore, quāresq; ab eis, qui iu-
dicabūt tibi iudicij ueritatē, & facies quodcunq; dixerint qui
præsunt loco quem elegerit dñs, & docuerint te iuxta legem
eius, sequerisq; sententiā eorū, nec declinabis ad dextrā neq;
ad sinistrā. Qui aut superbierit, nolens obedire sacerdotis
imperio

M V R N E R I.

imperio, qui eo tempore ministrat dño deo tuo, ex decreto
iudicis moriet homo ille, cunctusq; populus audiens timebit
ut nullus deinceps intumescat supervia. Si ergo iudæi in dif-
ficiet & ambiguo noscent suum perquirere iudicem cōpeten-
tem, & Christiani nō, male Christus prouidisset ecclesiæ suæ
sic eam in perplexis & dubijs relinqueret, quod fidendum non
est. Nam de fide ad Petru loquens, ait. Ego rogaui pro te Pe-
tre ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, con-
firma fratres tuos. Nc apud iudæos lex fuit iudex, maxime
quum in uerbis legis uariebat, ita neq; apud nos lex iudicare
potest, quādo in uerbis legis est dissensio. Sicut enim Luthe-
rus metuit certe le scire purgatorium esse, & si hoc scripturis
probari nequeat, ideoq; & scriptura purgatoriū iudex esse nō
potest, ex quibus ergo uerbis legis purgatoriū probabimus,
quum ut dicit nulla sint de purgatorio uerba cōtra hæreticos
illud impugnantes. Hæc & his similia argumenta multa indu-
cipi possent breuitatis cauilla intermissa.

C O N C L V S I O XXXI.

Famosus quum sit, qui uel unum sacrae scripturæ locum sci-
enter & per calumniā falsarit, quoniam notatur infamia, qui uni-
uersum nouū lhesu Christi testamentū (Hieronymo Emsero
probate) quater decies centies qd Lutherus fecit, falsauit, de-
prauavit, addidit, minuit, & turpisimis glossis cōspurcauit.

Deute. iiiij. ait deus. Non addetis ad uerbum quod uobis lo-
quor, nequaufferetis ex eo. Sed neq; licet uerba legis offendet
reff qui sibi qbus manumiss. in uerbo. Sed ita lex scripta est.
Nūc aut Lutherus (ut hoc Emserus in uno ad hoc speciali edi-
tolibello ostendit & probauit) nouum & uetus testamētum
quater decies centies falsificauit, & id quare fecerit hactenus
bene experti sumus, hunc ipsum totum librum hic adpono
in huius conclusionis probationem.

Quam aut eius obfuerit interpretatio, & quid nobis uene-
ni pepererit in unico dumtaxat loco ostēdo Matth. vi. ubi in

Yy ij

